

Prologus

oibus est absoluta. cū relique sine illa consistere non possint. [Nam obsecro te.] Necessitatē huius artis demonstrat: quod nulla vite pars illius officio vacare potest cum relique oēs raro in usum veniant. [Quotam.] Interrogatiue. q. d. minima m. quia raro de illis fit sermo. cū sine hac nec momēto. vt sic dixerim tēporis esse possimus. [De numeris.] Quod est Arithmetice opus. [De magnitudinib⁹.] Quod est geometrie. [De vocū ratione.] De quibus est Musica. [Astroz.] De

iungantur nec intelligi vllō modo possit. **Ma**z oro te atq; per deum immortalem obtestor: quotam sibi vite nostre partem relique omnes discipline vendicant. Quotiens in eum sermonem incidimus vt de numeris magnitudinibusq; quotiens vt de vocum astrozumq; ratione: quotiens vt de morib⁹ rerumq; natura: quotiens vt de medicina deq; ciuilib⁹ et pontificij iuris scientia quotiens vt de religione atq; de re diuina disputem⁹. **At** vō grāmatice omni in loco omniq; tpe ita presto est. vt si quid legas si quid scribas: si cuius alio loqris. si deniq; tecū ipse qd cogites sine illa efficere nullo modo possis. **Atq;** vt de illa Fabius verissime scripsit necessaria est pueris: iucūda senibus dulcis decretorū comes et cuius amor vt idem auctor scribit nō scholarum tēporibus sed vita terminatur. **Et** quisq; Est adeo stupidus et a communi sensu alien⁹ qui audeat hanc artem tenuem atq; ieiunam appellare et indignam cuius libri auguste nostre debuerint dicari. cum videamus non modo viros summo ingenio singulariq; doctrina preditos huius discipline opera maximis principibus dedicasse: verumetiam duces ipsos imperatoresq; in media totius orbis terrarum administratione occupatas volumina iisdem de rebus scripta reliquisse. **Sed** ego de mēs: quid de re iam pridem celsitudinī tue cōpertissima pluribus disputem: illud modo tantus hic dicam. quod alio in loco magna scholasticorum frequentia testatus sum: tuum atq; dulcissimi coniugis tui presidium implorans. **Vos** inq; clarissimi atq; inuictissimi principes: quorum ductu auspicijsq; totius hispanie membra dissipata in vnum prope corpus redire curate obsecro: ne felicitati quā nostro seculo dedistis: hoc vnum latini sermonis ornamentum desit amplissimum.

(Maximis principibus), vt Julius pollux ad commodum arte Grammatica. (Duces Imperatoresq;) **Et** cesar qui de analogia libros scripsit. (Comperissima.) i. certa et explorata. (Alio in loco, in repetitione secunda) in qua de literis disputemus.

quib⁹ est astrologia. [De moribus.] Quod est Ethicen [De rerū natura] Quod ad Phisicen pertinet. [De re diuina]. Que dicitur grece. Theologia. [Ita p̄sto est]. i. presens. [vt si qd legas] Hic locus ex p̄hemio Ciceronis in libros de officijs translatus ē. [Nulla inquit vite pars.] neq; publicis neq; priuatis: neq; forensibus neq; domestici in rebus neq; si tecum agas qd: neq; si cum altero corrahas. vacare officio potest. [Fabius.] **Ad.** [Fabius.] Quintilian⁹ q; oratoriarum institutionum libro primo hoc scribit. [Iucūda senibus.] Quia etiam circa necessitatem altissimam quoq; eruditionem exercere potest. [Dulcis secretorum comes.] Quia per illas dulces curas cogitationesq; nostras litteris mandamus. [Cuius amor.] i. voluntas. que ex illa percipitur: non terminatur: dum in scholis versamur sed morte sola [Et quisq; est] **Ad** prefationis epilogū accedit. [A communi sensu.] Nō quemadmodum phisici qui potentiam illas superiores quinque sensibus communes sensum appellant: sed vt Cicerō, p̄ eo in quo pleriq; omnes sapientes conueniunt. **Sic** Quintilianus in primo Sensem ipsum qui communis dicitur: vbi disceret cum se a congressu segregarint. **Seneca** in epistolis hoc phisosophia p̄mittit sensum cōmunem et humanitatē. **Horatius.** Communi plane sensu caret. (Tenuem atq; ieiunam) i. aridam et sterilem. **Cesarem** de vocalibus atq;

Adnotas

Seneca.

Horatius.